



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

12. An concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege sint priuilegium; &
an sint reuocata per Bullam Cœnæ? Ex part. 1. tr. 2. res. 96. aliàs 95.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol.XII.&c. 163.

in tota materia eius, vel in omnibus criminibus, vel omnibus causis ciuilibus, vel alia simili magna parte exemptionis, quia nunquam tales consuetudines fuerunt in Regnis Catholicis à multis annis introductae, vel etiam inueteratae, neque hoc authores canonum ignorabant: loquuntur igitur de consuetudine particulari, ut aperiè patet ex cap. clericorum, de inde, & ideo aliqui authores, quando volunt defendere aliquas consuetudines Regnorum, cum consuetudine adducunt famam privilegii, ut facit Philippus Probus in addit. ad Io. Monachum in cap. si index laicus, de sent. excomm. in 6. num. 3. & Carolus Degraffius in Regal. Fran. lib. 2. c. 17. nam, ut recte obseruat idem Suarez ubi suprà cap. 34. n. 17. si cum consuetudine coniungatur consilans fama, & traditio, antiqua seu immemorabilis, quod præcesserit privilegium, & talis traditio integra probetur, videtur sufficiens ut talis consuetudo pro privilegio reputetur: unde ex his appetet, non esse admittendam doctrinam traditam ad Aluaro Velasco in praxi de partit. cap. 35. num. 11. vbi docet, consuetudinem immemorialem valere, etiam si praividicatis Ecclesiæ, sed de hac questione infra etiam redibit sermo, vbi videbimus an index laicus ex consuetudine possit indicare Clericos in minoribus; Et circa præsentem qua questionem ne prætermittas videtur Alexandrum Pefaniatum in 2.2. D. Thoma 9.62. art. 2. d. p. 6. & Petrum Binsfeldium in comment. de iniuriis & damnis dato, cap. 7. concl. 12. dub. 3. vbi reprobat consuetudines contra libertatem Ecclesiasticanam, etiam si exemptio Clericorum non efficit de iure diuino, sed tantum humano.

3. Verum an dictæ consuetudines excusentur per tolerantiam Papæ, traditum est in part. 1. tral. 2. re-sol. 5. nunc addam tantum eas, quæ circa illud sentit Ed. antec. Peregrinus de imm. Eccles. c. 2. n. 34. vbi postquam dico, & in reprobarat ex facis Canonibus omnes consuetudines contra unitatem Ecclesiasticanam, tandem sic afferit: Colligitar ex supradictis quod excusari non possunt iudices & officiales curiæ secularis illa communi & vulgari excusatione, quod Summus Pontifex vidit & tolerat, nec declarat illos nominatim excommunicatos, & per consequens tacite videtur consentire, & iste tacitus consensus sufficiens sit ad excusandos illos à peccato & censuris. Nam decipiuntur, quia licet nominatio non excommunicentur, non tamen per hoc sequitur quod non sint excommunicati in Bulla Cœnæ Domini; & similiter decipiuntur dum presupponunt subesse tacitum Romani Pontificis consensum, imò quotidie Summi Pontifices conuentur, cum oratotibus Principi prohibent, pœnas constitutis, & quotannis in die Cœnæ Dom. publicani & solemnam sententiam ferunt contra magistratus, iudices, &c. seculares, qui talia agunt contra unitatem & libertatem Ecclesiæ & personarū Ecclesiasticarum, annullando omnes consuetudines & præscriptiones, seu corruptelas, & abusus supradictos. Ex qua publicatione sententia manifeste demonstrat non adesse tolerantiam, quam ipsi presupponunt. Ita Peregr. ubi suprà & Castrus Palatii in opere moralis tom. 2. d. p. 39. de immunit. Eccles. quæst. 12. n. 3. docet longe abesse Pontificem ab hoc consensu, cum quotannis in Bulla Cœnæ abroget omnes consuetudines immunitatis derogantes. Idem docet nouissime Gabriel Lotherius de re beneficia lib. 3. q. 33. n. 19. Vnde P. Suarez contra Regem Anglia lib. 4. cap. 32. n. 11. sic ait. Seper Apostolica Sedes per sententias, vel per expreßa edicta consuetudinibus contra libertatem Ecclesiasticam relitum, & specialiter in Bulla Cœnæ singulis annis eas reuocat, vel potius irritas esse declarat. Ergo numquam potest præsumi tacitus consensus Pontificis. Nam licet fortasse Pontificis esse

non ignorant multa per consuetudinem fieri contraria libertatem Ecclesiasticanam, quæ non puniuntur, sed quodammodo tolerantur, non ideo est quia consentiant, sed quia sine periculo maioris mali non possunt efficacius resistere, & ideo non consentiant, sed permittunt. Ita ille. Ex his igitur apparet semper & absolute non esse verum dicere, quod si Papa tolerat aliquam consuetudinem, ergo consentit in illam. Vide Duard. in Bull. Can. lib. 2. can. 19. q. 8. n. 5. Bonacinan loco cit. q. 15. p. 15. & 16. §. 1. n. 3. in fine. & Fagnanum in 4. fol. 1. pro cens. Pauli V. fol. mibi 119. cum Aponte in respons. pro cens. Pauli V. fol. 11. & 45. & Antonio Bouio in respons. pro cens. Pauli V. part. 4. ad arg. 11. & 12. fol. 73. & Collegio Bononiensi in respons. pro liber. Eccles. n. 57. Vnde dum Pereira ubi sub. cap. 24. n. 32. afferit, quod idem operatur tolerantia S. Pontificis, ac dispensatio, verum est si loquimur detolerantia approbativa, scimus autem de permisiva. Vide Cochier libert. part. 2. cap. 3. num. 8.

RESOL. XII.

An concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege sine priuilegium, & an sine reuocata per Bullam Cœnæ Ex part. 1. tract. 2. Ref. 96. & alias 95.

§. 1. **D**Ocus Iuri sconsulter Gabriel Pereira in suo tral. de menu Regia, p. 1. tral. 6. num. 3. & 4. partem tenet negariam: putat enim ex concordatis non induci priuilegium, sed specialis contractus vtrōcunque obligatorius; & impugnat Suarez contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 24. num. 22. affirmatum sententiam docentes.

2. Sed Episcopus Antuerpiensis, Ioah. Malderus in part. 2. D. Toma. quæst. 96. art. 4. fol. 4. col. 1. sententiam Suarez, & meritò amplexus est. Dico igitur, tales concordias habent vim cuiusdam priuilegij. Vnde inferendum est, quod, sicut priuilegium reuocatur ad huiusmodi concedentis, ita pariter concordata. Et ita etiam docet nouissime Layman in Theol. mor. lib. 4. tral. 9. c. 10. n. 3.

3. An vero reuocata sint per Bullam Cœnæ, negatice respondet Pereira ubi suprà n. 24. Sed sententiam affirmatiuam docet Azor. in sum. 10. 1. lib. 5. c. 12. vers. ex dictis, quam videtur probare Suarez loc. cit. n. 29. Sed, cum sit dictum, concordata concedi per modum priuilegij, inferendum est de dictis concordatis, id, quod diximus de priuilegiis suprà in Ref. 6. vbi adduximus DD. partem negantem & affirmantem descendentes.

Quæ hic est
supra Ref. 7.
sed legi etiā
alias eius
notationibus

RESOL. XIII.

An concordata cum Summo Pontifice possint postea reuocari a Principe laico?

Et quid è contra:

Et an concordata inter Clericos, & seculares etiam in Concilio Provinciali factas nisi confirmantur auctoritate Pontificis, nihil operentur contra priuilegium Immanutatis? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 14.

§. 1. **Q**uo ad hoc non est eadem ratio Principis. Sup. hoc sed priuilegio facit Ecclesia per aliqua cōcordata, vel priuilegia, omnino id facit Superiori, & non in Ref. 32. & late intrat in Ref. 32. & late intrat subdito, & ideo manet irreuocabile per illius protestationem, sed Papa quidquid fauoris, aut priuilegij facit 9. 7. Principi laico, cum semper faciat sibi subdito in spiritualibus, ideo semper remanet a se reuocabile, si